postulacionem huiusmodi fore iustam Considerantes et insuper quod ex amara tranium radice dulces gloriosi
debeant recolligi fructus dignumque et iustum reputari ut similes iure dignissimi tamquam sacrorum
canonum legumque non parua luminaria effractores ab omnibus habeantur ut mediante eorum doctrina
explanaciones facultatum earumdem et in eis studia insistentium eum tantum honorem se nouerint adep
turos suscipiant incrementa Idcirco autem predicta de dictorum dominorum nobis adhibitorum doctorum
consilio et unanimi assensu doctoratus gradum in iure canonico eidem domino Antonio martini ad
laudem omnipotentis dei et gloriosi virginis marie eius matris ut melius potuimus et debuimus ac
possumus et debemus cum omnibus solemnitatibus et cerimoniis in talibus fieri consuetis contulimus et
assignauimus prout conferimus et assignamus Sibique librum decretalium clausum et apertum birretum in
capite anullum in digito osculum et sedem in cathedram omniaque et singula doctoratus insignia que certis
doctoribus in studio salamantino dari consueta sunt per manus Egregii viri domini francisci capata
utriusque iuris doctoris Sancte ecclesie Toletane scolastici tradi fecimus et tradidimus atque concessimus
Eumque numero cetui et consortio aliorum in iure canonico doctorum aggregamus prout fecimus tra
dimus concedimus et aggregamus per presentes cum omnibus et singulis honoribus antelacionibus prerogatiuis
preuillegiis exempcionibus gratiis indultis comoditatibus et preheminenciis quibus omnes et singuli
doctores siue professores in iure canonico in salamantino vel quacumque alia vniuersitatibus et earum studiis
facti potiuntur vtuntur et gaudent seu uti potuit et gaudere poterunt in futurum quibus ipse
Antonius martini de cetero gaudeat pariter et vtatur plenam liberam et omnimodam facultatem le
gendi repetendi determinandi interpetrandi Omnesque alios et singulos actus publicos et priuatos
per doctorum professores fieri solitos et consuetos libere et licite hic et ubique terrarum faciendi exercendi
et exequendi eidem dantes et comode concedentes omnibus et singulis que idem dominus noster papa in suis
litteris non obstare voluit in aliquo non obstantes Relaxato nobis prius per Sanctitatem suam
iuramento in studio Salamantino facto Sperantes in domino quod idem dominus Antonius martini gratia sibi
assistente diuina sic de bono in melius studiis virtutum intendet quod ad faciendum sibi ampliorem
liberalitatem et honorem sedes apostolica artius inuitetur et propter eterne retribucionis premium eiusdem
sedis atque nostram gratiam et benedictionem vlterius inde consequi mereatur Que omnia et singula premissa
vobis omnibus et singulis supradictis ad quos littere nostre huiusmodi peruenerint intimamus insinuamus et
notificamus et ad vestram et cuiuslibet vestrum noticiam deducimus et deduci volumus per presentes In quorum
omnium et singulorum fidem et testimonium premissorum presentes litteras siue presens publicum priuillegii instrumen
tum exinde fieri et per notarium publicum infrascriptum ad futuram rei memoriam subscribi et
publicari mandauimus nostrique sigilli iussimus et fecimus appensione communiri Datum et actum toleti In domo
habitacionis nostre Sub Anno a natiuitate domini Millesimo quadringentesimo octuagesimo Indictione
decima tercia die vero decima mensis augusti hora supradicta Pontificatus prefati Sanctissimi domini
nostri pape Anno nono presentibus ibidem venerabilibus viris dominis bachallariis guterreo de palma et guterreo
de afoyal ac didaco lupi de aioferin dicte Ciuitatis toletane vicinis testibus ad premissa vocatis specialiter
rogatis non noceat ubi dicitur sibi non noceat inter lineas ubi dicitur apertum non noceat /-

(S.) Archidiaconus toletanus et doctor Et Ego franciscus de contreras Canonicus Toletanus in toto archiepiscopatu et
prouincia toletana Auctoritate ordinaria publicus notarius quia dictarum litterarum apostolicarum in forma
breuis presentacioni requisicioni recepcioni apericioni testium recepcioni examinacioni deposicioni instru
mentisque inspeccioni et recognicioni ac doctorum nominacioni licencie concessioni collacioni doctoratus gradus
in iure canonico et insigniarum doctoratus peticioni concessioni libri ad manus birreti in capite anulli
in digito aliisque insigniis doctoralibus exhibicioni aggregacioni intimacioni notificacioni ipsisque dum
sic ut premittitur per Reuerendum dominum Archidiaconum iudicem executorem prefatum et coram eo
agerentur dicerentur et fierent vna cum prenominatis testibus presens interfui eaque sic fieri vidi et
audiui Ideo hoc presens publicum instrumentum manu alterius fideliter scriptum exinde confectum subscripsi
et publicaui Signoque meo solito et consueto vna cum dicti Reuerendi domini Archidiaconi iudicis et
comissarii nomine et sigilli appensione signaui in fidem et testimonium omnium et singulorum premissorum
Rogatus et requisitus // franciscus notarius /